Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



alia animalia copiose Post istas 4or dietas est ciuitas
magna nomine Cyanoya que est in monte altissimo que
diuidit quoddam fluuium in duos qui vadunt ad mare
oceanum Post tres dietas est ciuitas Cogion que est
vltima ciuitas prouincie regni quinsay

Dimissa Cogio vadit homo vi dietas in veniendo
semper multas ciuitates et castra Hec autem prouincia
vocatur fugu que est montosa et campestris habundat
autem in omnibus victualibus et omnibus animalibus siluestribus
et domesticis omnibus auibus et omnibus speciebus et maxime
zynzibere in tantum quod pro tanto argento quantum valet vnus
veneticus emuntur lxxx lb zinziberis Est etiam ibi
quidam flos similis croco non tamen est crocus sed habet eius
operationem Gentes prouincie sunt ydolatre Cum vadunt
ad bellum occidunt homines eorum sanguinem bibentes et car
nes eorum auidissime comedentes tamquam meliores
omnibus aliis carnibus iudicantes Morticinium autem ho
minis cadauer non comedunt Signant autem facies suas
ferro candenti euntes ad pugnam Sic preter capitaneos
omnes vadunt pedestres vtentes lanceis et ensibus et sunt
crudelissimi In medio autem huius prouincie est quedam
magna ciuitas nomine Quilinsu iuxta quam transit mag
nus fluuius habens tres pontes lapideos fundatos
ex omni parte in muris ciuitatis Columpne autem pontium